Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26020
Copyright: Admont, Benediktinerstift

notitia omnium mysticorum insignit. et scientia omnium rerum pit.
et tali fide subnixus ut montes de loco ad locum iubo transferre
ualeat. caritate autem careat. eorum dono prorsus nihil existat. Item die.
si quis omnes facultates suas in cibos pauperum distribuat. et se ipsum
ad martyrium ignis tradat. si caritas in eo non sit. nihil ei prosit.
Hec in duo in dilectione dei scilicet dei et proximi diuidit. ut in euangelio
dicit. In his duobus preceptis universa lex pendet et prophete. Hec sunt
gemine ale. quibus fidelis ad celestia subleuantur. sicut propheta testatur:
Sumentes inquit sicut pennas aquilae et uolabunt. Sicut quippe auis sine duabus alis se non ualet in aera subleuare. ita nullus potest absque duobus
mandatis dilectionis ad celestia transuolare. Item dicit et in duabus tabulis erant descripta decem legis precepta. In una namque erant ea ad dilectionem dei pertinentia. quem iubemur diligere toto corde. tota mente. tota
anima. Erant et hec. Dominus unus est. non facies sculptile. et hoc ad patrem: dein
non assumes nomen dei in uanum. et non peccabis. et hoc ad filium. Et in septima
die sabbati. quod nos dominica die nos facimus resurrexisse. et hoc pertinet ad spiritum sanctum. in quo etiam requiem habebimus. quin uacabimus. et dum sicuti est facie
ad faciem uidebimus. Porro in alia. vii. pertinebant: per que dilectio proximi impletur: que ut nosmetipsos diligere precipimur. Tria et iterum fiunt
vii. Anima sicut tria. scilicet memoriam. intelligentiam. uoluntatem: corpus
autem habet ex. iiii. elementis. Quali quidem amore anima corpori iungitur. tali dilectione iustum est ut proximus iungamur. Sic autem ejus septem. b onora
patrem et matrem. non occides. non mechaberis. non furtum facies. non falsum testimonium dices. non concupisces rem proximi tui. nec uxorem. nec omnia quae illius sunt. Hec tamen nullus iuste uult pati. nulli faciat. et sic se legem xpi quodammodo
caritas implere scitat. Hec arbori comparatur que secus decursus aquarum
transplantatur: cui non defluet folium. nec aliquando desinet facere fructum.
Radix arboris que deorsum in uia fixa firmatur. est dilectio proximi quae
per amicos et inimicos dilatatur. Porro stipes que in altum crescens erigitur.
dilectio dei intelligitur. Rami quidem undique inde procedunt. sunt diuise uirtutes quae de caritate procedunt. Folia quibus arbores decorantur. et bona uoluntas qua fideliumque plebs pornatur. Hoc folium non defluet. quia per bona uoluntate atque merecede adonis percipiet. Hui arboris poma. sunt bona opa. Semen in fructu de quo alia arbor nascitur. est predicatio per quam auditores pascitur. et arbori caritatis fructificanduis ramus insertitur: Hec arbor
numquam ferre fructum desinet: quia caritas numquam a bono opere languet. Hec superuacuos agrum plantatur. quia per fluentia septuaginta in